Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

[illegible] tanto tempore vitam desideramus quia quanto plus vivimus tanto plus peccamus
[et quo] vita longior tanto culpa numerosior. Gregorius. Cum carnis iudicio
anima pendeat nichil potest esse carni utilius quam saluti anime providere si cesset
animus non cesset pectus. O homo si te delectant que sub celo sunt cur non
[di]ligis que super celo sunt. De eodem.

Veni electa mea. Cant. In hiis verbis tria notantur scilicet amicabilis invitacio ibi
Veni. Specialis commendacio ibi electa mea. Excellens honoracio ibi Ponam
te thronum meum. Circa primum sciendum quod sancta Katherina invitatur a patre [illegible]
triplici de causa. A dolore ad gaudium. A labore ad requiem. A morte ad
vitam. Primo invitatur a dolore ad gaudium. Dolor siquidem eius fuit de ini-
quitatis habundancia et quod fuit peregrina a celesti patria et quod caruit divina
[illegible]. Sed per amicabilem invitacionem scilicet Veni dolor sancte Katherine mutatur
in gaudia iocunda immensa et eterna. Recepit enim de manu domini pro suis
laboribus non solum duplicia immo quadruplicia ut dicitur Luc. Mensuram bonam
confertam cogitatam et supereffluentem dabit in sinum vestrum. Bonam in felici con-
summacione. Confertam in corporis et anime glorificacione. Cogitatam in angelica so-
cietate. Et supereffluentem in divina visione. Secundo invitatur a labore ad re-
quiem. Laboravit enim sancta Katherina cum paganis incredulis et cum doctissimis
philosophis et peritissimis pro fide christiana fortiter et firmiter disputando.
Unde de ea dicitur. Hec quinquagenos oratores superabat. Dirigit ad celos
et velud igne probatos. Efficiens testes fidei quos protulit hostes. Et ideo
[illegible]. Requiem dabit tibi dominus deus tuus a labore tuo. Tercio invitatur
a morte ad vitam. Unde in Cant. Veni soror mea immaculata mea amica mea.
Soror mea quia naturam tuam per carnem assumpsi ad me quia ego sum via et vita.
[illegible] columba mea quam ab accipitribus infernalibus eripui quia eum qui venit
[ad me] non eiciam foras. Veni immaculata mea quam meo sanguine mundavi
Ezech. Lavi inquit te aqua et mundavi te sanguine meo. Veni amica mea
[illegible] communicavi. Unde omnia mea tua sunt. Circa secundum sciendum quod sancta
Katherina commendatur a filio summe claritatis tripliciter. Primo propter casti-
tatis decorem quia castitas est res angelica per quam solum homines angelis
assimilantur et ideo dicitur electa propter virtutem incorrupcionis quia castitatem
mentis et corporis illibatam servavit. Secundo dicitur electa propter refulgenciam
caritatis quia sicut gemma clarificat aurum sic decor eius castitatem [illegible]
[illegible]. Et ideo de ea dicitur. Ave gemma claritatis ad instar carbunculi
et rosa paradisi more flagrans balsami. Tercio propter filialem timorem
timuit enim deum non propter penam nec propter meritum nec propter coronam sed propter
reverenciam quia heres non timet patrem exheredari propter iusticiam [illegible]
[illegible] per culpam. Et ideo dicitur Ps. Timete dominum etc. Quarto propter spiritualem